sibi instantia / receptaque copia eiusdem litere per notarium Civitatis Spiren, eandem
copiam dictis fratribus tradidit. Et ego frater Henricus Lector prefatus dictas litteras
ambas manu mea transcripsi. nichil addito vel mutato. Facta sunt hec exami
natio. recognitio. et litterarum transcriptio. fideliter et legaliter ut supius est expressum.
per me Notarium infrascriptum. Anno. Indictione. et mense ac Pontificatu supra
positis. vicesima prima die mensis February que fuit in vigilia Kathedre Petri
hora vesperarum vel circiter. In domo antiqua que dicitur Stupa Nigra fratrum mi
norum Spiren. Testibus presentibus videlicet. fratribus Bernaldo de hohenveltz. Merke
lino dicto Lampsbuch. Gerhardo de Schiuerstad et aliis quam pluribus fidedignis ad pre
missa vocatis specialiter et rogatis:

ARCHIVVM SECRETVM APOSTOL VATICANVM

Et. Ego. Albertus de Eyle dictus
de Colonia clericus publicus Imperiali auctoritate Notarius
Premissis requisitioni. examinationi. recognitioni et tran
scriptioni litterarum prescriptarum una cum testibus supius
notatis interfui manu propria conscripsi. Et in hanc publicam
formam redegi. meoque signo consueto signavi rogatus: